



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XXI. Quid sit lingua fraudulenta, fallax, fucata, quod inter has
discrimen, & quibus legibus hæ linguæ teneantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

noluitis esse mei; ite, abite, recedite à me, culpa vestra est; abite, aeternum ardere. Quâ igitur ratione Deus non improperat?

Quod ad Hebræum regem attinet, Ajo non tam exprobrasse Deum Davidi præstita beneficia, quàm iudicio contendisse, & ipsi sui ipsius constituisse iudicem Davidem:

*Invenial.
fat. 13. v. 2.*

— prima est hæc ultio quod se

Iudice nemo nocens absolvitur.

Profecto & David in seipsum feralem sententiam dixit, & nocentem se proclamavit, Pœnitens facti. Quod ad alios spectat, ajo ingratum & omnia contemnentibus merito beneficia exprobrari, ut respiciant. Eadem subinde ratio urget, ut inter homines alteri alteri collata beneficia exprobrat, cum is qui accepit beneficium, accepisse se negat, obliviscitur, dissimulat, cum totum illi beneficium elapsum est, cum omnis apud eum bene merentium gratia, memoria omnis excedit, nec ullum extat in illo vestigium meritorum; quod enim in primâ parte animi positum esse deberet, ita seposuit & abiecit, ut in ignorantiam sit versum. Huic tali acriter exprobrandum est: En ingratisime, hoc, & hoc, & hoc etiam beneficii à me accepisti, omnem in te liberalitatem consumpsisti; at tu nequiter dissimulas, imò negas accepisse, quod pleno in te sinu effudi. Idcirco autem hæc ingero, non ut quidquam exprobrum, sed ut tuus stupor capiat quid deliqueris. Hoc scilicet luxivio caput tam ingrati hominis perfundendum est.

Cum autem iis, quos serido facti pœnitebat, nil exprobravit Christus Dominus, non Petro inconstantiam, non Matthæo avaritiam, non Paulo sævitiam, non Magdalene lasciviam; verissimum etiamnum est, Deus dat omnibus assuenter, & non improperat. Hanc nos indolem prae nobis feramus, nec statim cum à nobis obsequium petitur, obsequia priora nondum compensata exprobrems. Cum prædicat qui dedit, erubescit qui accepit. Turpissimum est, sic repetere beneficium, & contra Chilonis decreta, qui apud Ausonium:

Tu, inquit, bene si quid facias, non meminisse fas est:
Quæ beneficia accipias, perpetuo memento.

Multos experimur ingratos, plures facimus: quia alias graves exprobratores exactoresque sumus; alias leves, & quos paulo post muneris sui pœniteat, alias queruli & minima momenta calumniantes. Ita gratiam omnem corrumpimus, non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus: ita scripturam elegantem atramento perfundimus.

*Vet. Troch.
Eccli. 6. 41.
fine.*

Pauperi dans exprobransque, absinthio mel temperat.
Sapientissimè monet Siracides: Cum dederis, ne improperes.

F

CAPUT XXI.

Quid sit Lingua FRAVDLENTA, FALLAX, FVCATA: quod inter has discrimen, & quibus legibus hæ lingue teneantur.

Mater est, cui tres sunt filiae, forma præstantes, non opibus; dotis vix quidquam habent: censum omnem circumferunt in cultu corporis. Veste abundant plurimâ, & habitum uno etiam die sæpius mutant. Vestes earum pleræque omnes versicolore, supra omne Babylonicum tapetium variegatæ, & ad lasciviam factæ: illa prasina, hæc crocea, ista veneta, aliae varii ac mixti coloris. Sunt hæ tres nobiles filiae ad lanam carpendam, & fila ducenda doctissimæ, nec aliae illis similes; pensum facere subtilissimum, ventos textiles, & nebulas lineas nere optime sciunt. Vultu hæ tres sorores à se invicem non multum abluunt; pæne illis eadem

oris lineamenta, ut difficile sit eas satis inter noscere. Sicut autem matris plurimum gerunt in vultu; sic etiam matrescunt ingenio. Animum illarum si spectes, tam sunt audaces & animosæ, ut etiam gladios, hastas, tormenta bellica tractent; Amazonas esse dixeris. Domesticas leges observant religiosissime; nefas illis vel latum unguem à suis legibus abire.

Tres sorores istæ Orbe toto notissimæ sunt, charæ simul & exolæ, tam multos numerant hostes quàm amicos: nunquam ad ullam opulentiam pertinent. Virtutis profectus nihil habent; viria, quorum perquam divites sunt, in dote numerant.

Mater harum appellatur MENDACIVM. Hancum Menderam dicemus suo loco. Filiae his nominibus insigniuntur, Lingua Fraudulenta, Lingua Fallax, Lingua Fucata. De tribus his germanis sororibus nunc dicere incipio. Ut ergo Linguam Fraudulentam, Fallacem, Fucatam probe noverimus, primò explicandum erit, quibus in rebus hæ viciose lingue velut sorores conveniant, quibus discrepent; deinde quas domi suæ leges ac regulas observent.

§. I.

Prima sororum, lingua FRAVDLENTA, lingua fânè astuta, subdola, versuta, vafra, veteratrix, tortiosa, callida. Franconum equites olim chlamydes habebant plicis multiplicibus rugosissimas: his confecti potest lingua Fraudulenta, quæ in plicas plurimas sinuola uberius effunditur. Fraudulentus aliud agit, aliud simulat. Vir versutus odiosus erit. Altera è sororibus his Lingua FALLAX, nomen inde sortita, uti Varro placet, quod fando decipiamus, & contra quàm diximus, faciamus.

Tuta frequensque via est per amici fallere nomen.

Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.

Fallacia est veritas palliata, quæ vel alterius odium, vel commodum suum attendit. Mercator Jovem lapidem jurat tanto actanto merces sibi stare, nec minoris quàm indicarit, vendi posse; atque hoc non alterius odio, sed suo bono. At qui infescare capitalium, & hoc solum agit, ut fallat, non suo id commodum, sed alius odio id facit. Vulpina hæc lingua est. Sed Maledictus dolosus.

Tertia soror lingua FVCATA, quæ hoc satagit, ut nunquam non picta sit & cerussata: Molli sunt sermone ejus super oleum, & ipsi sunt jacula: sed feriunt corda. Hæ sorores sibi simillimæ sunt, omnèsque neyrum trahunt à matre MENDACIO; aliquid tamen etiam habent dissimilitudinis. Nam fucata sui tantum purgationem & Eorum comprum attendit; modò ipsa niteat, nocere alteri non adeò cupit. Fallax hoc unum agit, alios fallere quibuscunque id modis fiat. Fraudulenta dissimilis est duabus, quæ non tam videri vult formosa, quàm arguta & peracuta: hinc sæpe multum sibi laborem sumit, nec tamen ullum decipit, satis illi est decipere posse, & hoc caveere ne ab aliis simplex censeatur.

Harum trium sororum amicitiam innumeri ambiunt, ipsi etiam pæne infantes, qui subinde prius fallere, quàm fari norunt. Plurimum autem laborant hæ tres sorores, ut Avlicos & Magnatum famulos sibi semper benevolos habeant, quo eos facili niti, veluti doctiles discipulos forment ad suas leges, quæ conceptissimis verbis sic scriptæ sunt, ut merito quis dixerit: hæc jura aut diabolus dicta vir, aut diaboli mater Superbia. Hoc ego monuerim, ad rogandas has leges non parum operæ contulisse hominem, qui quinquaginta annis sectatus est aulam. Et en tibi, mi Lector, domesticas trium sororum leges, quas diaboli decalogum rectè appellamus. Sunt autem istæ, quæ sequuntur.

§. II.

Nihil cuiquam credas, quantumvis in speciem amice. Puto quantumvis ardentem, complexantem, degerantem. Nullum

tibi ex animo amicum existimes neque tu sis ulli; ita tamen cominus & blandus esto singulis; perinde quasi neminem non ames. Hoc aliud non est quam omnes Christianas leges unâ literâ delere: omnium enim caput est Charitas. Facile omnia, & nihil crederes; omnibus & nulli fidere, vitiorum extrema sunt. A nullo non insidias metuere, sexcentis suspitionibus, mille angoribus implet animum. Neminem serio amare, legem omnem & priscam & novam evertit. Christus fuit: In hoc, inquit, cognoscant omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

2. Officiorum illorum esto largissimus, quæ nil habent impendunt saluti blandè, complectere per amantem, cedam. Honoris & amoris titulos repere; lauda assatum; pollicere largiter; promissis stare rusticum puta. Hoc scilicet magisterium est fucata, fallacia, fraudulentæ linguæ. Qui ab armis desparat victoriam, ad fallacias se conferat. Plus parat fraudis nocte unâ, quam aperta vis, novem annis.

3. Præda si qua assulserit, cave quisquam hominum tibi tam charus sit, ut eam illi cedas. Tu tibi semper proximus esto. Quoties de re agitur, vel patri verba danda sunt. Difficile quidem est verba dare senibus, sed verba melle lita, scilicet ac papavere sparsa, facilem ad aures aditum moluntur. Verba dare, ait ille, est tui alicui vendere.

4. Proximum erit, si alicui sis, ut factiones totius Palatinæ domus subdoreris, sed ita, ne cui te facile admisceas. Si quos videris nihil non posse, his jungere, & videant te semper inflectas ad latus navis felicius. Nec pudeat aut pigeat assentari etiam morionibus, quos adverteris gratos esse lovi. Hanc legem alicui explicare non est opus; ipsi satis a se sagaces sunt; hæc sciunt antequam doceantur.

5. Vultum domi componito, ut si tibi paratus sit ad omnem fabulæ partem, & ne quid sinceri affectus in facie subleceat, personam ac larvam semper gerito. In Italiâ unicui subinde homo totam agit comœdiam; jam voce, jam veste, modo barba, modo gestibus mutatis, idque mirâ celeritate. Eadem nos fabulas sepe ludimus, & uno die comœdiam sepe non unam agimus. Facile nobis est non audire Senecam dicentem: Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua.

6. Nullum aperte ladas, a tergo potes; adulari ad amissim omnibus scias, decipi ab alio, pagatum; decipere alium hoc civile & urbanum confesso: tibi autem ab omnibus tanquam hostibus caveri. Quam hoc scilicet, appositum ad documentum Apostoli jubentis: Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientiâ supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

7. In omnibus nugis & dissimulationibus esto lepidus, congera. Cave hic sis ultimus; extremum occupet scabies. Cum alii de absentibus contumeliosè quid dixerint, alioquinque laudibus obtrexaverint, tu tuam quoque symbolam fideliter conferto. Huc asymbolum venire non decet. Laudis est, quovis vituperare posse.

8. Tantum ab aleâ temperato; multi ad hunc scopulum sic faciunt naufragium, ut amissis mercibus vix salvo capite per has procellas enatarint. Hoc proprium diaboli vafra mentum est, vera falsis, salubria noxia miscere, ne falsa & noxia nimium suspecta fiant. Deinde, per aleam caco demon intelligit pericula pro amicis subeunda: hanc ille aleam jaci non vult.

9. Ad rem augendam & stabilendam ubique vigila, lucrum nusquam non renare. Ideo semper esto querulus ac petescens. Si quid tibi negetur, suborna qui petant suo nomine, sed tuo commodo. Inhumanum videtur sui suæque crumene unquam oblivisci. Sua cuique industria dicit: Cum pecunia spargitur, primus accurre; cum numis pluit, & manibus & faucibus excipe tam beatum imbrem. Cum hæc pluvia morantur, querelis eas lacesse.

10. Memoria sic excelsito, ut injurias filici, pulveri benefacta inferas; ista verbis, illas pugnis rependito. Invidiâ laborare necessarium malum credito. Hic nucleus legum est, quæ auro & minio videntur exarata.

Raco Atheniensis, antiquissimus legislator, leges jussit tam ferveras, ut Demades solitus dicere; Draconem suas leges non atramento scripsisse sed sanguine. At sanctiones trium harum fororum aureis caracteribus scriptæ, plurimis locis vigent florētque.

Vita nostra velut forum est, in quo venditur, emitur; ubi alter alterum fallit; ubi singuli in rem suam attentissimi; ubi nemo non vigilat crumene suæ; semel decepti bis terge decipitur; par pari redditur; imò cum fenore plerumque ad suos redeunt auctores injuriæ. Tam accuratâ observatione ille diaboli decalogus honoratur.

Unus aliquis olim à Christo sciscitatus: Magister bone, inquit, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Cui Christus: Si vis, ait, ad vitam ingredi, serva mandata. Non abfimili modo hic respondendum: Si vis gehennam ingredi, serva hæc præcepta, quæ niger ille ab Orco angelus dictavit.

Adversus damnatissimas has leges stat Christus Dominus, clamātque: Ego sum Veritas. Gens humana per innumeras fraudes, velut per virentia prata seducitur ad inferos. Ego Veritas. Ego Via duco ad Vitam, ad beatitatem. Ego summa sum Veritas, omnem in me veritatem complector, eamque Orbis represento tanquam infinitæ amplitudinis speculum. Ego sum Veritas in verbis, nam fallere nescio; Veritas in cogitationibus, nam falli nequeo; Veritas in factis, mea enim humana opera omnia divino intellectui ac voluntati conformia sunt. Vos homines servus meus David, non sine causâ sic affatus est: Vani filii hominum, mendaces filii hominum, Ps. 61. v. 10. fallacias avidissimæ & discitis, & docetis. In hoc studio mores & vitam cōsumitis. Huc ergo ad me in Lyceum properate; Ego sum Veritas. Si animum applicueritis, cognoscetis Veritatem, & Veritas liberabit vos.

O Domine, liceat hic pallulum contradicere. Questus es, o bone Jesu, per tuos Prophetas & Apostolos, te à Mundo tam indignis modis exceptum, primò domini in stabulo salutatam, nec deinde humanius habitum. Non miramur. Cur venisti velut fax Orbis, quæ igneum splendorem oculis invitis ingerit? Fit ut noctu lumen inferatur conclavi, in quo complures sunt, sed nullus illorum videri vult: ille in angulo dormit, iste jam vestes exuit, alius sub mensâ ebrius stertit, supra mensam pocula, chartæ luso, tessera, confusissima omnia. Hic nemo lucernam desiderat, imò clamant: Apage facem, non egemus lumine. Hic status erat Orbis, cum Christus veniret in Orbem: passim clamabatur ab omnibus: Tolle lucentem tædam, remove lumen. Quid jam mirum si Veritas cum ingratis Mundi venerit? Qui fraudem & mendacium tueri studet, Veritatis telo configitur. Fraus suspitionis fomes, amoris noverca, mater desperationis. Sed contra hæc omnia stat immota Veritas.

Hæc è callo Veritas regis Hebræi David animum ita perhibet, hanc ille veritatem in visceribus medullitque ita condidit, ut ab omni fraude alienissimus Deum rogaret: Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, Ps. 11. v. 1. quoniam diminuta sunt veritates à filii hominum: vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Disperdat Dominus universa labia dolosa. Rex David ingenium Mundi considerans: Salvum, inquit, me fac. Orbis universus fraudum refertissimus est; nusquam non fallaces pedicæ insidiantur: oculos pedes habeat necesse est, qui irretiri non vult. Quoniam defecit sanctus. Gurgis vastus, sed rati nantes eorum, qui fraudes & fallacias non excogitent, qui loquantur sincerè. Quoniam diminuta sunt veritates à filii hominum. Veritati pæne idem contingit quod moneta, quæ tor manibus tanto tempore atteritur, dum inscriptionem ac signum

Gell. lib. 12.
Noct. Attic.
cap. 18.

Vita nostra
est forum,
in quo
venditur
& emitur.

Mat. c. 19.
v. 16. & 17.

Joan. c. 14.
vers. 6.

Joan. cap. 8.
vers. 32.

signum amittat, & ab omnibus repudietur: ita veritas passim velut numus adulterinus rejicitur. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. Inania verba inculcant quasi complementa numerorum, te deficient: nucem porrigunt, sed cassam. Dant verba commodorum, sed non addunt commoda verborum. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Dolus malus ubique jam usitatus est: suaves decantant modulos, sed quibus sopiant, & ritu Sirenum mergant, omnia fraude, aut vi aguntur. Ergo, *Disperdat Dominus universa labia dolosa, quae lenissimis quidem & amantissimis tunc verbis, sed ut dolum & machinam commoliantur.* Faxit ergo

Prov. c. 11.
vers. 6.

Psalm. 5. v. 7.

Bern. tract.
de grad. Hu-
mil. initio.

Deus ut deceptores decipiantur: in insidiis suis capiuntur iniqui. Et quandoquidem illi praestigis suis & imposturis gloriantur, atque ab iis omne sibi lucrum pollicentur, perdant omnia, & ipsi pereant. Scio namque, Virum sanguinum & dolosum abominatur Dominus. Hos Deus & odit, & accret: neque hoc tantum abominatur etiam, omnique supplicio vindicat.

Audite ergo fraudulentum, audiat Orbis: Rex caeli in- clamat universos: Ego sum Veritas; quemcumque meas partes sectari non puduerit, qui omnes à corde, ab ore fraudes proscripserit, qui simplicissimam mentem & veram fidem egerit, meo mecum regno potietur, vitam vivet beatam, immortalem, æternis voluptatibus offusissimam. Aprè hic Bernardus: *Christus, inquit, clamat errantibus & viam ignorantibus. Ego sum Via: Dubitantibus, & non credentibus, Ego sum Veritas: iam ascendentibus sed lassentibus. Ego sum Vita.*

CAPUT XXII.

FALLACEM, seu, dolosam Linguam, tam esse crebram quam noxiam.

Pugiones erant priscis sic dolose recti, ut nulla esset suspicio latentis ferri, atque hos vocabant *Dolones*. Hoc teli genus duplici fuit discrimine: aut enim nodosus validusque fustis pugionem abscondebatur, aut flagellum aurigarium. *Maro* mentionem facit:

Virgil. lib. 7.
Æneid.

Pila manu, ferroque gerunt in bella dolones.

His Dolonibus, Dolosa lingua rectissime confertur, seu, quam supra Fraudulentam, Fallacem, Fucatam, nominavimus. Discrimen inter has linguas jam assignavimus, earumque etiam leges à malo genio scriptas proposuimus. Nunc progrederemur, ostensuri quam hæc lingua vitia, fraus, fallacia, fucus sint; orbe toto celebria & pervulgata, quantumque inde malorum oriatur.

§. I.

Linguae
Dolus à
mudi exor-
dio sum-
psit ortum.
Gen. cap. 4.
vers. 8.

Linguae Dolus tam prisco se stemmate jactat, ut cum Orbem totum soli quatuor homines constituerent, inter eos tamen doli faber reperiretur. Ut Abelem Cainus frater falleret: *Egrediamur, inquit, foras: adsis mi frater, & animi gratia in agrum exeamus.* Hac verborum fallacia, fratrem velut agnum lanio duxit ad macellum, & in fontem jugulavit. En qualis deambulatio, quam infidiosa & fallax! En, ut otio consolando rus concessum! Hoc sermonis fucos invitatus Abel ad mortem, quam innocentia suspicari non potuit, potuit tolerare.

Joabi fal-
lacia erga
Amasum:

2. Reg. c. 2.
vers. 9.

Joabus avo Davidis regis princeps militiae, an malitiae, cum Amasum supremum belli ducem à parte Absalonis, obvium haberet, humanissimè salutans, imò & osculum libans: *Salve, inquit, mi frater.* Osculum fronti tulit, pugionem lateri infixit; salutem auribus ingessit, ficam visceribus immergit, fallacissimam simul & fucatis- simam linguam usus. Hoc est fraternis officiis prævenire; improvisò ferro imparatum ad inferos amandare. Fratrem vocabat ut amicorum intimus, & jugulabat ut latro. Hi sunt Mundi amplexus, hæc amoris oscula, hi fictæ amicitiae dolones: fidat qui volat. Joabum feliciter imita- tur, qui

A Lacteam induit ovem, sub vellere molle, Cruda per agnos exercet sanera ritus. Joabo similis Judas Iscariotes: proditor, qui aman- tissimum magistrum osculo perfidissimo salutans, ait: *Sic vitam omnium nostrum improbitissimè, ficariis tradidit necandam.* Amicus erat vultus, huma- nae voces, blandum osculum, amplexus urbanus, sed sub hoc nodoso stipite latebat pugio, flagitiosissimum con- tra non tantum à filio pater, ab Abialone David inu- tus, sed & ab homine Deus. Sic Mundus totus in maligno positus. Fraus & Dolus jam pridem occupantur Orbem, vale Candor, vale: vapula Fides: exula Veritas.

Narrat poeta vetus, auri & argentei sæculi felici- tem, sed eam transactam

Protinus irrupit vena peioris in ærum Omne nefas, fugere pudor, verumque fidesque, In quorum subire locum fraudeque doloque, Infidiæ, & vis, & amor sceleratus habendi.

B Suidas impostorum & imposturatum nullum initi pos- se numerum expendens, libere adituit: *Vernis solis pla- res esse scyphantas, addo dolis omnia permiseri.*

Deus Hieremiam vatem præmonens: *Habitatio tua, inquit, in medio doli, in dolo remerunt circa te.* Attende tibi Hieremia, in medio dolosorum habitas. Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulentum mactet. Sagitta vulnerans linguam eorum, dolum locuta est in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulit ponit ei insidiam. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gentem hujusmodi non ulciscetur anima mea? Judæi fallere dice- runt ab avis, proavis, abavis, atavis, tritavis, ab omnibus suis majoribus. Filii Jacob quam fraudulententer egerunt cum Hemore principe, ejusque filio Sichemo, quam perfidas connubii leges posuerunt? Circumcidendi elti, inquit, ut ritum gentis nostræ imitati, nobis fi- tis similes; sic demum inter nos conjugia contrahemus. Mera frus fuit, & sanguinaria. Nam tertio vulnerum die, urbem ingressi filii Jacob, ingentem ediderunt tra- gem, omnibus undequaque vastatis, ceteram imbellem turbam abduxerunt captivam. Jacob maestissimus pa-rens: *Turbastis me, inquit, & odiosum fecistis me, delebo ego & domus mea.* Gladius vester meo luit jugulo.

§. II.

A Gabaonitis, uti Hebræorum Judicum historia memorat, ad Josue belli ducem missi sunt leges attritis vestibus, pertusis calcibus, panibus pene in lapide duratis. Periculosum rati sunt hi viri si se Chanaanæos fa- terentur, & multò tutius esse censuerunt, si nihil sit cum illis commune dicerent, sed longè diversas sedes habere, cum tamen non longè ab Hierosolymis habita- rent. Ajunt igitur se famam Hebræi ducis excitos, multo- rum dierum iter fecisse, & hoc esse verum ex habitu comprobant. Vestes enim quas viam ingressuri novas induissent, longo itinere detritas, calceos solutos, panes mucidos exaruisse: cum datà operâ vestes tam tritus sumplerint, & callidè omnia confinxerint, ut verisimilia dicere viderentur. Hoc habitu in concione ingressi dicunt se missos à Gabaonitis, eorumque vicinis urbi- bus, ut salvis patris institutis in Hebræorum amicitiam venirent. Comperto enim quod Deus gratuito munere Chanaanæorum terram illis concessisset, gratulari se eis & jus civitatis petere. His dictis, & ostentatis vestibus in signum longi itineris, orabant ut in fœdus & amicitiam admitterentur. Josue nihil subesse fallaciarum ar- bitratus, in fidem & amicitiam eos recepit, juravitque habiturum se eos pro amicis ac sociis. Hoc actu non compotes domum ad suos sunt reversi. Faceret dixit poeta prisca:

Nam doli non doli sunt, nisi astu colas. Jehu jam in regem unctus, omnes Baalis sacerdotes callidissimè convocavit edicto proposito: *Nollis scire quod non Baalis*